160. tabulas Reginorum & aliorum irrepserunt, et ci-
ues sint hoc vehementer delectantur. Archias vero
horum

PRO ARCHIA.

borum ciuitatibus, in quibus scriptus est, omnino legem Papiam, aliquo nihil vtitur, quia videri modo in eorum munib[us] ciuiis Heraclensis. nichil orum tabulas irreps[erunt]. id est, in repserunt. Hic qui nec eorum tabulis nomina vtitur quidem illis, in sua furtim inscripsit, quibus est scriptus, aut inscribenda cu[m] quod semper se Heraclensem ciuem esse rauerunt.

Post legem Papiam, voluit, rei[n]cietur.

Lex Papia urbis v[er]su pe-

regrinos prohibebat, & iussit urbe excedere omnes eos, qui non erant ciues Romani, de qua lege Ciceron lib. 3. officiorum: Male, inquit, qui peregrinos urbis vti prohibent, eosq[ue] exterminant, vt Petronius apud Patres nostros facit, Papius nuper, Nam urbis v[er]su prohibere peregrinos sanè inhumanum est. Obseruent studiosi humanissimam orationem, qua Nausica apud Homerum ait:

— Peregrinos numina curant,
A Ioue nam supplex p[ro]super procedit & hospes,
Huic quodcumq[ue] datur praelari est muneris instar
Sit licet exiguum, tamen est præbere decorum.

municipiorum. In Romana historia varia leguntur discrimina hominum, qui sub imperio Romano Ciceronis & Liui temporibus fuerunt.

ORATIO CICERONIS

- I. Erant Romæ nati ciues intra urbem.
- II. Ciues in suburbio.
- III. Ciues in Romano agro vel territorio nati.
- IV. Coloni.
- V. Municipes.
- VI. Socij donati Romana civitate.
- VII. Libertini Romani.
- VIII. Latini vel Italici populi.
- IX. Coloni Latini.
- X. Italici iuris populi.
- XI. Coloni Tributarij.
- XII. Hospites publici populi Romani.
- XIII. Amici fœdere sociati æquo.
- XIV. Amici fœdere impari sociati &c.

Dispositio sequentis periodi.

Hactenus Cicero probauit Archiam assertum esse, deinde domicilium habuisse in Italia. Hie pergit ostendere Archiam à censoribus pro ciue indicatum fuisse. Fuit autem Gracchi hæc obiectio :

Archias nunquam census est,

Ergo non est ciuis Romanus.

Cicero respondet : Gracche, ego nego consequiam, & hanc consequiam confutat hoc modo : Etsi enim Archias nunquam census est, quod ex eo accidit, quia vel Roma absuerit, quando
populus

PRO ARCHIA.

populus Romanus censebatur, vel eo presente cen-
sendi ratio omnino neglecta est) nequaquam tamen
sequitur eum non esse ciuem. Et addit Cicero ra-
tionem : Census enim non facit neq; confirmat ci-
uem, sed tantummodo indicat eum qui sit census.

TEXTVS ORATIONIS

EIVS QVE EXPL I Alia obiectio Gracchi quod
CATIO. Census nostros re Obiectio
nus redditus, et quicquid quiris scilicet. Est enim
fortunarum quis habet. obscurum proximis
Hoc vero loco census est censoribus, hunc cum
estimatio rerum & bo- clarissimo Imperato-
norum, secundum quam re L. Lucullo, apud
tributa pendeantur. exercitum fuisse, su- Gracchi
solebant enim Censores perioribus cum codē diluit.
quinto quoquo anno ci- Questore fuisse in A
uós Romanos censere. sia, primitis Iulio &
proximis, id est, no- Crasso, nullam po-
uissimis, qui proxime puli partem esse cen-
populum Romanū cen- sam.
fuerunt.

posterioribus. Scilicet Censoribus qui ante pro-
ximos fuerunt.
primis. Scilicet Censoribus qui fuerunt primi Cen-
sores post datam Archiae ciuitatem.

1559. 1559. 1559.
nata Republ. Videlicet quod testamentum fraterit quod ad
testis & fidei a Licio d'Abbo pretore ad Arrianum

ORATIO CICERONIS.

Alia re- Sed quoniam census Sed quoniam cen-
spōsio, qua non ius ciuitatis con- sus. Alia confutatio sen-
Cicerō firmat, ac tantummo- tentie aduersarij. Dixi-
Gracchum do indicat eum qui sit rat enim Archiam ipsum
refutat. census, ita se iam tum confessum esse quod in-
gessisse pro ciue his ter ciues non sit versa-
temporibus, quae tu tus. Igitur ciuem non
criminaris, nec ipsius esse. Id confutat Cicero
quidem iudicio in ci= tribus signis. I. Quod
uium Romanorum iu- testamentum fecerit. II.
re esse versatum. Quid hæreditates ad-
Tribus si. Et testamentum sèpè ierit. III. Quod in be-
gnis Grac- fecit nostris legibus, & beneficijs ad ærarium de-
chum re- adiit hæreditates ciui- latus sit.
futat. um Romanorum. & Gessisse pro ciue.
in beneficijs ad ærario. Gerere se pro ciue dici:
um delatus est, à L. Lu tur is, qui iure ciuitatis
culo Pretore & Con- vtitur, siue sit ciuis, siue
sule. non sit ciuis.

adiit hæreditates. Licebit enim quemuis, siue
propinquum, siue alienum, modo ciuis esset, hære-
dem facere.

& in beneficijs. In beneficijs ad ærarium delati
dicuntur ij, qui ciues Romani ex ærario publico
beneficium aliquod accipiant, propterea quod in
bello rem fortiter gesserunt. Ostendit igitur Cice-
ro Archiam de Republica bene meritum fuisse.

Quære

PRO ARCHIA.

Quære Argumenta. Quære argumenta si Conclusio
Conclusio primæ oratio^{is} quæ potes. Nunquā huius pri-
nis partis, in qua urget enim hic neq; suo, ne-
aduersarium, & oblique que amicorum iudi-
mendocij arguit, cum vi-
det se firmam & bonam causam habere.

* Virg.

Contra hec

Nunquam enim hic. Id est, Etiam si quæres quicquid
Argumenta qualicunque velis, nunquam tamen his siue ani-
efficies, ut Archias ac amici eius sentiant à te satis
ostensum esse Poëtam non esse ciuem.

mis, siue
arte uales.

Absoluimus primam huius Ora-
tionis partem. Antequam vero ad secundam par-
tem accedamus, summam primæ partis breuiter re-
petemus.

Huius partis primæ hic principalis fuit Sylo-
gisimus.

Omnis inscripti in socijs ciuitatibus sunt
ciues,

Archias est inscriptus,

Ergo Archias est ciuus.

Maior propositio est manifesta, Minor vero est
incerta, Quare probationibus indiget.

Hæc probationes sumit Cicero ex statu conie-
cturali, videlicet à Testibus & Tabulis, quod sit He-
raclæ asscriptus, & quod sit professus.

Postea addit verisimile ex minori ad maius :

C 5

Multi

ORATIO CICERONIS

Multi leuiorum artium periti ascripti sunt
in socijs ciuitatibus.

Ergo verisimile est & hunc Archiam ascri-
ptum esse.

Postremo signa Romani ciuis addit: 1. Adiijt
hereditates. 2. Testamentum fecit. 3. in beneficijs
ad ærarium delatus est, quæ omnia in ciuem Roma-
num cadunt.

Cum autem causa per se fuerit tenuis & exi-
qua, reddit eam in secunda orationis parte, quæ iam
sequitur, splendidiorem & illustriorem, addito loco
communi de laude literarum. Atq[ue] ita Cicero trans-
fert orationem ab Hypothesi ad Thesin, id est, ad
locum communem, scilicet: Omnes studiosi sunt
colendi & magnificiendi.

SEQVITVR SECVNDA

Orationis pars, eiusque
enarratio.

Dispositio sequentis
membris.

H^Esterna lectione inter cætera breuem ἀνακη-
φαλέωσιп recitauit earum rerum, quæ in
prima huius orationis parte à nobis tractatæ sunt.

Vitilissia

PRO ARCHIA.

Vtilissimum enim est in omni studiorum genere,
summam rei seu capita materiarum animo conci-
pere.

Nunc, ut dixi, sequitur secunda orationis pars,
qua est generis demonstratiui. Laudat enim &
commendat in genere Cicero optimarum artium,
& pricipue poëtices studium quæ est, ut Erasmus
alicubi inquit, placenta delitijs condita ex omni di-
sciplinarum genere. Verum Cicero antequam ad
secundæ orationis partem perueniat, præmittit bre-
uem narrationem quasi exordium huius secundæ
partis, quo rationem reddit, cur Archiam magni-
faciat.

Est autem huius sequentis Paragraphi seu pe-
riodi hæc Dialectica sententia.

Archiam magnifico. Ratio, Quia eius studia
prosunt mihi, primò ad delectationem, secundò, ad
utilitatem in hac forensi facultate dicendi.

TEXTVS ORATIONIS

EIVS QVE EXPLI-
CATIO-

Quæres à nobis Gracche, cur tantopere
hoc homine delectemur? Quia suppeditat
nobis ubi & animus ex hoc forensi strepitu
reficiatur, & aures conuicio defensæ conqui-
escant.

An tu

Obiectionis
Gracchi.
Solutio ob-
iectionis.

ORATIO CICERONIS

II.

An tu existimas aut An tu existimas. In
suppetere nobis pos- historiarum lectione ma-
se, quod quotidie di- nifestum est magnos vi-
camus, in tanta varie- ros Poëtarum & aliorū
tate rerum, nisi ani- eruditorum hominum
mos nostros doctrina scriptis delectatos fuisse.
*Sedet
ante lectio a
perfric*
excolamus? aut ferre Laudatur Scipio Africae
animos tantam posse nos, qui semper in mani-
contentionem, nisi eos bus habuit libros Xeno-
doctrina eadem rela- phontis de disciplina
xemus. Cyri.

Laudatur etiam Age-
silaus, optimus & sapientissimus Spartanorum rex
qui nunquam cubitum ire, nunquam cum è lecto
surrexisset prodire, aut aliquid agere solibat, quin
prius aliquid in Homericō poēmate legeret, & quo-
ties à negotijs vacuum tempus dabatur, statim ad
Homерum properabat affirmans se ad Amasium su-
um ire. Sic Alexander Magnus Homeri opus tutis-
simum belli viaticum appellabat. Sic Hadrianus Im-
perator Poëtices studiosissimus fuisse dicitur.

* Philip: Melanth:

Si decus Aufonie lingue retinere studetis,
Si vultis recte verba Latina loqui.
Cura sit à teneris vatuum cognoscere scripta,
Eloquij fontes hoc sciat esse pur.

Diffo-

P R O . A R C H I A .
*Dispositio sequentis Pa-
ragraphi .*

Cum in proximo membro superiori lectione exposito Cicero dixerit, se magnopere persona Archiae delectari, Pergit hic ad locum communem, transferens Hypothesin ad Thesin, quod quomodo fiat, & in Dialectica & Rhetorica a nobis dictum est. Meminerunt iuniores Ciceronem in propositione duo membra proposuisse. Primum enim dixit, se probaturum Archiam, etiam si non sit cuius, tamen propter doctrinam in urbem asciscendum esse. Id iam secunda orationis parte probat, cuius principialis sit Syllogismus.

Literæ & maximè Poeticæ ob insignem utilitatem & suavitatem amandæ, fouendæ, & in alijs si ipsi eas non gustauimus, admirandæ sunt,

Archias his literis ornatus est,

Ergo Archias iure amandus est, & in urbem cum non esset cuius, ut sit asciscendus.

Maiorem Cicero quatuor Argumentis probat, ut ordine in textu audiemus.

*TEXTVS ORATIONIS
EIVSQUE EXPLICATIO.*

Ego vero fateor. Pro- Ego vero fateor me positiō secundæ partis hu his studijs esse deditū, ius orationis, cuius hæc est cæteros pudeat si qui literis

Occupatio

ORATIO CICERONIS

se ita literis abdiderunt, Dialectica sententia Ego
ut nihil possint ex his, deditus sum studijs lite-
Finis studijs ad communem rarum Hanc nudam pro-
orum est, neq; ad communem rarum Hanc nudam pro-
afferre fructum, neq; positionem Cicero am-
vt alijs in aspectum lucemq; plissimis verbis mirifice
proferre. Me autem illustrat & exornat. Et
quid pudeat? qui tot habet hic insigne exem-
annos ita viuo iudi- plum discretiinis inter-
ces, vt ab illis nullo Dialecticam & Rhetor-
me vnuquam temporicam.
re, aut commodum me his studijs. Cicero
aut oculum meum ab- callide in sua persona
straxerit, aut voluptas hæc effert, ne Archiam
auocarit, aut denique nimis laudare videatur.
Somnus, retardarit. si qui ita literis se ab-
didicerunt. Mibi videtur
commodius legi posse, ita se à literis abdiderunt, id
est, remouerunt, quæ lectio cohærere magis mihi
videtur cum eis quæ Cicero postea dicit.

aut commodum &c. Hic locus Ciceronis dia-
ligenter obseruandus est omnibus illis, qui in do-
ctrinarum studijs fœliciter progredi & cum laude
versari cupiunt. PRIMO enim dicit Cicero se nullo
commodo à studijs abstractum fuisse, Multi enim
studia abiciunt, quia vident se inde parum commo-
di haurire, Quare propter pugillum lucri ad que-
stuosiores artes se conferunt.

SECVN-

PRO ARCHIA.

SECVNDO, se nec ocio à studijs abstrahitum. Nam verum est quod Ouidius inquit: Cernis ut ignavum corrumpant ocia corpus.

Vt capiant vicium ni moueantur aquæ.

Et Plutarchus: Ingenium hominis cariem cui in ocio contrahit.

TERTIO. Addit se nunquam voluptate à studijs auocatum. Nam vt Cicero alicubi inquit: In voluptatis regno non potest virtus consistere. Et lib. 2. de finibus: Nemo est dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in voluptate. Idem ad Atticum: Maximas virtutes iacere oportet voluptate dominante. Quare vt Socrates apud Platonem inquit: Voluptates oportet tanquam Syrenes effugere eum, qui virtutem, tanquam patriam, in tueri desiderat.

QUARTO. Neq; somno se à studijs retrahitum esse dicit. Nam dormiendo & desidendo nemo est gloriam consecutus. Et pulchrè Euripides inquit: Nullus ignavus in celebrem virum euadit. Et Salustius: Ignavia nemo immortalis factus est. Hec quatuor remorantur nostros scholasticos, quo minus emergant in magnos viros.

Quare quis. Et hoc Quare quis tandem membrum dignum est me reprehendar, aue memoria, vt commonesi- quis mihi iure succent iuniores in studijs seat, si quantum cære-

*Anaplectatio nobis
et a belis quæ
animis hinc mi
officiant
miffim*

ORATIO CICERONIS

ris ad suas res obeun- omnes illecebras & vo-
das, quantum ad se- luptates longe fugiendas
stos dies ludorum ce- esse. Vidimus enim ex-
lebrandos, quantum hoc loco multos labore,
ad alias voluptates, & studio & exercitatione
ad ipsam requiem a in præstantissimos viros
nimi & corporis con- eu. illisse, & in arcem cu-
ceditur temporum, i. s.; doctrinæ omniumq;
quantum alij tribuunt disciplinarum culmina
tempestiis conuiujs, peruenisse. Nam rectè
quantum deniq; aleq;, ab Epicharmo dictum
quantum pilæ, tan- est: Laboribus vendunt
tum mihi egomet ad notis omnia bona dij.
hæc studia recolenda Cui adstipulatur illud
sumpsero.

Sophoclis: Nihil inquā
summarum rerum quis

sine labore consequitur, & eos laborare necesse est,
qui feliciter vivere cupiunt. Et rectè Plato: Maxi-
ma, inquit, sine labore consequi proprium diuinita-
tis est bonum, apud nos non solum virtutes, sed cæ-
tera quoq; præclara queruntur sudore. Et nota est
vobis D. Hieronymi sententia: Literæ marsupium
non sequuntur, sudoris comites sunt & laboris, so-
cie ieiuniorum non saturitatis, continentie non lu-
xuria.

* Hic locus admonet me de sententia Cicero-
nis, quæ est in Oratione pro M. Cælio: Atq; scitote
Iudices, eas cupiditates quæ obijciuntur Cælio, atq;
hæc

P R O A R C H I A.

hæc studia, de quibus dispu^to, non facile in eodem homine esse posse. Fieri enim non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia inopia, etiam nonnunquam impeditus, hoc, quicquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando, possit sustinere. An vos aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis præmijs eloquentie, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gloria, tanto honore, tam sint pauci semperq; fuerint, qui in hoc labore versentur? Omittendæ sunt omnes voluptates, relinquaⁿda studia delectationis: ludus, iocu^s, conuiu^m, sermo etiam penè omnium familiarium deservendus &c.

S E Q V V N T V R I I I I . A R gumenta, quibus Cicero maiorem propositionem in hac secunda Orationis parte probat.

Horum Argumentorum hæc est
Dialectica dispositio.

Superiori lectione secundam orationis partem syllogismo Dialectico complexi sumus, hoc videlicet:

Literæ & maxime poeticæ ob insignem utilitatem & suavitatem amandæ & fouendæ, atq; in alijs

ORATIO CICERONIS
alijs si ipsi eas non gustauimus admirandæ sunt.

Archias literis & studijs est ornatisimus,
Ergo iure amandus est.

Hoc autem in loco incipit Cicero probare maiorem quatuor Argumentis.

I. Illa studia amanda & fouenda sunt, ex quibus comparatur facultas dicendi.

Ex Poësi petitur facultas dicendi.

Ergo Poësis est amanda & fouenda.

II. Honestas per se est expetenda.

Studia excitant ad honestatem & laudem.

Ergo studia sunt expetenda.

III. Ea quæ prosunt non solum ad honestatem, verum etiam quæ regunt mores & publicas actiones sunt amanda.

Libri & exempla scripta non solum prosunt nobis ad honestatem, verum etiam regunt mores & publicas actiones.

Ergo libri & exempla scripta magni sunt facienda.

IV. Ea quæ adferunt suavitatem & delectationem sunt colenda.

Studia literarum non solum prosunt, verum etiam eorum est magna suavitas & delectatio.

Ergo hæc studia sunt colenda.

TEXTVS

PRO ARCHIA.

TEXTVS ORATIONIS
EIVSQUE EXPLICATIO.

Hoc. Scilicet quod in Atqe hoc ^t ideo con- + al.
studijs versatus sum & cedendum est mihi, adeo.
ea magni facio. quod ex his studijs Primum
hec quoqt crescit ora. Argumen-
tio & facultas, quae tum.
quātacunqe in me est, + al.
nunquam amicorum censemur.
periculis defuit. Quae
si cui leuior videtur,
illa quidem certe, quae
summa sunt ex quo
fonte hauriam sentio.

Profligatorum. Sci- Nam nisi multo- Secundum
licet Catilinariorum. Ex rum præceptis, mul- Argumenta
hoc loco apparet Cice- tisque literis mihi ab tum.
ronem gloriæ studiosissi- adolescētia suavissem,
mum fuisse, & sanè quo nihil esse in vita ma-
quis generosior est, eo gnopere experendum
etiam laudis & gloriæ nisi laudem & hone-
est studiosior. Hic reuo- statem, in ea autem
cent iuniores in memo- persequenda, omnes
riam dictum Ciceronis, cruciatus corporis, o-
quod in oratione pro M. mnia pericula mortis
Marcello habuimus, sic atque exilijs parui esse
enim inquit: Non vita ducenda, nunquam

D 2 me

ORATIO CICERONIS

*
Eurip: me pro salute vestra hæc dicenda est, quæ spi-
Est certe in tot ac tantas dimi- ritu & corpore continua-
maximum cationes, atque in hos tur, illa inquam illa est
& longe profligatorum homi- vita, quæ viget memoria
maiis ma- num quotidianos im- sæculorum omnium, quā
lum, quam posteritas alit, quam ipsa
ut oratione æternitas semper intuetur. Idem lib. 3. de finibus: Est
describi hominis ingenui & liberaliter educati velle bene
possit pa- audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam vi-
tria amissa sensu consulendum est. Ut autem studiosi hoc Ar-
laribusq; vagari. gumentum rectius intelligent, sciant Valerium Ma-
ximum testari Ciceronem gloriae cupidissimum fu-
isse. Longa enim Epistola à L. Luceio ciue Roma-
no enixè petijt, ut Catilinariæ coniurationis histori-
am seorsim ab alijs rebus ad propagandam nominis
sui famam scribere vellet, neq; abstinuit illud quoq;
de poscere, ut in ea etiam aliquid amicitiae daret,
ipsoq; viuente eam ederet, ut viuens gloria sua per-
frui posset.

Dispositio tertij Argumenti.

Sequitur tertium Argumentum, quo probat stu-
dia literarum esse colenda. Hec enim gubernant
mores & consilia gubernandæ Reipublicæ adiu-
uant. Et addit Cicero rationem, quia literæ conti-
nent rationem bene viuendi. Postea addit obiectio-
nem: Num igitur nulli sunt magni viri sine erudi-
tione

PRO ARCHIA.

tione. Primum Cicero respondet per Concessio-
nem, quod multi viri magni sine doctrina fuerint.
Et addit rationem, quia magna naturæ vis est. De-
inde subiicit correctionem: multum tamen conducit
doctrina, & perfectum quiddam existit, cum ad
bonam naturam accesserit doctrina. Hoc postea
probat exemplis Scipionis Africani, C. Lælij, L. Fu-
rij, Catonis Senioris. Et profecto verum est, cum in
paranda virtute concurrunt doctrina, disciplina, &
bona natura, tum singulare quiddam existere solet.
Hinc Aristides interrogatus, quomodo virtutem
consecutus esset, Respondit: Præcipua causa est na-
tura, & ego naturam studiose adului.

TEXTVS ORATIONIS EIVSQUE EXPLICATIO.

Sed pleni omnes sunt libri, plene sapien-
tum voces, plena exemplorū vetustas, quæ
iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lu-
men accenderet, Quam multas nobis ima-
gines non solum ad intuendum, verum etiā
ad imitandum fortissimorum virorum ex-
pressas, scriptores & Græci & Latini relique

Tertium
Argumentum

D 3 runt

* Ut sunt Ho-
merus, Thu-
cydides,
Herodotus
Plutarchus

* Non solum intueri excellentium virorum
exempla debemus, sed etiam imitari pro nostra
facultate & vocatione.

ORATIO CICERONIS

runt: Quas ego mihi semper in administranda Republica proponens, animum & mentem meam, ipsa cogitatione excellentium hominum confirmabam.

* Duæ res precipue omnia hominum sanorum consilia & actiones in Repub. & vita priuata regunt, videlicet, doctrina, seu præcepta in philosophia & legibus honestis proposita. Deinde exempla consiliorum & eventuum ac pœnarum, que ferè conspectiora sunt, & efficacius animos ruidorum mouent, quam præcepta.

Quæret quispiam, Quæret quispiam.
Obiectio. quid ē illi ipsi summi Hic locus obseruatione viri, quorum virtutes dignus est. Nam ingens literis proditæ sunt, naturæ vis est, eadem vestita ne doctrina, quam ro quorum hic Cicero tu laudibus effers, eru- meminit, disputantur in diti fuerunt? tertio libro de Finibus

Difficile est hoc de vbi Cicero affirmat, multis omnibus confirmare, tos sine doctrina naturæ sed tamen est certum ram ipsam secutos multa quid respondeā: Ego laudabilia fecisse. Et ibi multos homines ex- dem: Sæpius ad laudem cellenti animo & vir- atq; gloriam naturæ sine tute fuisse, & sine do- doctrina, quam doctrina naturæ ipsius sine natura valuit. Idem gna est na- propè habitu diuinō Cicero lib. 2. de natura turæ vis, per se ipsos & mode- dorum: Meliora sunt ea que

Ratio

Quia ma-
gna est na-
tura vis,

PRO ARCHIA.

quæ natura quam quæ ratos & graues extitit-
arte perfecta sunt. Mo- se fateor.

nendi igitur sunt iuniores, ut quisq; suæ naturæ vim
examinet, & videat ad quo l doctrinæ genus natura
proclivior & pronior sit: Quare & Cicero lib. 3.
de oratore recte monens inquit: Diligentissimè hoc
eis qui instituunt atq; erudiunt alios , videndum est
quo sua quemq; natura maximè ferre videatur.

Quæret quispiam quid: Scilicet aīs videlicet
studijs formari mores & adiuuari administratio-
nem Reipublicæ.

Cum ad naturam Etiam illud adiungo:
eximiam atq; illustrē səpius ad laudem atq;
accesserit ratio quæ virtutem, naturam si-
dam. Eruditè Cicero ad. ne doctrina , quam si-
dit ad illustrē naturā ac ne natura valuisse do-
cedere debere rationē et ceterinam .

confirmationem , opus Atq; idem ego con-
enim est in amplissimo tendo , cum ad natu-
studiorū pelago certa ra- ram eximiam atque il-
tione, id est, institutione lustrem accesserit ratio
et confirmatione & assi- quædam confirmationa-
dua exercitatione , Aliis tioq; doctrinæ, tum il-
l. n. naturæ bonitas et di- lud nescio, quid præ-
unitus indita d'iuveniis clarum ac singulare so-
plerumq; corruptitur . lere existere.

Vt idem Cicero lib. 3. Tusculanarū Questionum con-
queritur, ubi sic inquit: Sunt ingenijs nostris semina

D 4 innata

ORATIO CICERONIS

innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret, nunc autem simul ac editi in lucem & suscepti sumus in omni continuo prauitate versamur, ut pene cum lacte nutritis errorem susisse videamur. Cum vero parentibus redditi. Id est, magistris traditi sumus, tum ita varijs imbuimur erroribus, ut vanitati veritas & opinioni confirmatae ipsa natura cedat.

Exempla.

Ex hoc esse hunc numero, quem patres ostendit multos ad bonostri viderunt diuinam naturam culturam num hominem Afri- artium adiecissem.

canum. Ex hoc C Læ- Africanum. De huius lium, L. Furium, mo- Africani eloquentia, Cia- destissimos homines cero in li. 1. de officijs sic & continentissimos, ex inquit: Quidam ad eas hoc fortissimum vi laudes, quas à patribus rum, & illis temporis acceperunt, etiam suas bus doctissimum Ca- addunt, ut hic Africanus tonem illum senem, eloquentia cumulauit qui profecto si nihil bellicam gloriam.

ad percipiendam co- C. Lælium, De hoc lendumque virtutem Lælio vide Ciceronem in literis adiuuarentur, libello de senectute.

nunquam se ad ea= L. Furium. L. Furius rum studium contu- vt idem Cicero in lib. de lissent.

claris oratoribus inquit:
Perbenè

PRO ARCHIA.

Perbenè latine loqui putabatur, literatiusq; quim cæteri.

Catonem illum senem. Cicero in libro de clariis oratoribus de hoc Catone inquit: *Quis illo grazior in laudando, acerbior in vituperando, in sententijs argutior, in docendo differendoq; subtilior.*

Quod si non hic. Quod si non hic *Quartum Argumentum*, tantus fructus ostendit studia literarum non solum deretur, & si ex studijs profunt, verum etiā dijs delectatio sola per eorum est magna sua teretur, tamen ut opinio delectatio. Hoc non hanc + animi argumentum amplificat missionem humanissimam per collationem: *Nulle mam atq; liberalissimam aliæ voluptates perinde mam iudicaretis.*
sunt perpetue ac est illa
voluptas que ex studijs petitur: *Quia studia literarum ideo iucundiora sunt cæteris studijs, Quia illa sunt omnium ætatum, temporum & locorum. Voluptates vero non itidem.*

Nam cæreræ res, neq; temporum sunt, neq; ætatum omnium neq; locorum. Hæc studia adolescentiam + agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis persiguum ac solarium præbent, delectant domini, non impedunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Ds

Hec

Amplificatio quarti argumenti per collationem.
+ al.
alunt.

ORATIO CICERONIS

Hæc studia adolescentiam agunt &c. Arates & studia omni ætati profunt, eamq; iuvant, & oblectant, ideoq; doctrina & eruditio corona seu num à Salomone dicitur.

I. Studia aduersis rebus solatium præbent. Id verū esse docet historia Alexandri. Nam cum is Thebas diriperet, Pindari Poëtæ ædibus, ac familijs parci iusst, id quod & antea Lacedæmonios fecisse legimus, propter hanc in ipsius Poetæ domo factam inscriptionem: πινδαρος τοι μυστων τοις σοι γαρ μη κούτου, id est Pindari Poetæ tectum ne cremate. Vnde hos versus studiosi obseruent:

Magnus Alexander Thebana victor in urbe,

Omnia cum miles perderet igne ferus.
Parcite Pindaricis, Rex inquit, parcite tectis,

Non hæc vel violet flamma, vel villa manus,
Sola domus mancat diuini salua Poetæ,

Cætera, quantumuis splendida, tecto cadant.

Sic, vt Plutarchus scribit, cum classis attica à Syracusanis oppressa esset, multi ob Euripidem Poetam saluati sunt. Eius enim Poetæ versus præ ceteris Syculi admirabantur, & si quos à captiuis Atheniensibus habere poterant, perdiscebant, vnde captiuorum multi liberati Athenas reuertentes Euripidem adhuc viuentem salutatum ibant, asserentes, se eius versibus esse seruatos. Alij quidam cum illius versus Dominos suos descentes, docuissent, ab eis præmij loco manu missionem acceperunt. Plurimi

PRO ARCHIA.

rimi post prælium per ciuitates dispersi ac vagi
victum sibi horum versuum recitatione compara-
bant.

III. Dicit studia esse omnium locorum. Inde illud
Neronis dictum enatum est: Quælibet terra alit
artem. Et obseruent iuniores Persij versus de nostris
studijs.

— Petite binc iuuenesq; senesq;
Finem animo certum, miseriq; viatica canis.

Dispositio sequentis membri.

Sequitur Amplificatio superiorum Argumento-
rum. Habent hic autem studiosi illustre exem-
plum istius doctrinæ Rhetoricæ, de qua & nuper
diximus, videlicet, de transferenda Thesi ad Hypo-
thesin & contra. Hactenus enim Cicero laudes
Archie ad suam personam retulit, ne suspecta esset
laudatio. Nunc vero ut ostendat ab ipsis iudicibus
magnificiendum esse Archiam, singulari quodam
artificio à Thesi ad Hypothesin se confert, Argu-
mento ab ipsa Poëtices arte & literarum studijs
sumpto.

Ars, inquit, laudem meretur etiam apud eos qui
eam ignorant.

Igitur & Archias laude & admiratione di-
gnus est.

Et

ORATIO CICERONIS

Et subiicit similitudinem ab exemplo Rosci⁹ sumptam, qua Argumentum illustrat.

Quales in Roscio morium celeritates fuerunt, quibus omnium amorem sibi conciliauit, tales animorum & ingeniorum motus sunt in Archia.

Similitudinem hanc probat, quod multos sepe versus Archias ex tempore composuerit, & eandem rem commutatis subinde verbis efferre potuerit.

Postremo (ut in sequenti Paragrapho audiemus) ostendit Poëticam omnibus alijs artibus esse præstantiorem, & tale constituit Enthymema :

Poetam ipsa natura effingit, & diuino afflatus ornatus est.

Igitur Poetæ sunt diuini.

Id amplificat postea à maiore :

Nulla inquam barbaries violauit nomen Poetæ,

Saxa respondent vocibus, bestiæ cantu fluctuantur.

Igitur & nos Poetarum voces mouere debent.

TEXTVS ORATIONIS EIVSQUE EXPLICATIO.

Amplifica Quod si ipsi hæc ne- * Virgilius de Aenea in tio superio- que attingere, neq; sen tuente in clypeo serie Rorū Argu- su nostro gustare pos- mane historiæ : Miratur mentorū. semus, ramen ea mira- rerumq; ignarus imagine gaudet. ri de-

ri debemus, etiam cum
in alijs videremus.

Quis nostrum tam

Roscij morte. Roscius hic celeberrimus fuit histrio, cuius Cicero mentionit in lib. 1. de Oratore, cuius verba haec sunt; Ut ad hanc similitudinem huius Histrionis verba dirigamus, videtis ne, quam nihil ab eo, nisi perfecte nihil nisi cum summa venustate fiat, nisi ita ut deceat, atq; ut omnes moueat atq; delebet? Itaq; hoc iamdiu est consecutus, ut in quo quisq; artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.

fuit, ut Roscij morte similitudo nuper non commo- à Roscij ueretur? Qui cum esset persona senex mortuus, tamen sumpta propter excellentem artem ac venustatem, vi debatur omnino mori non debuisse.

Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus, nos animorum incredibiles motus, celeritatemq; ingeniorum, negligimus?

Quoties ego hunc probatio Archiam vidi ludices similitudinis. (vtar enim vestra benignitate, quoniā me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cum

ORATIO CICERONIS

cum literam scripsis- cum literam scripsis-
set, nullam, magnum set nullam. Hac phras-
numerum optimorū vtitur Cicero; cum nihil
versuum de ihs ipfis omnino scriptum esse si-
rebus, quæ tum age- gnificat, vt in oratione
bantur, dicere ex tem- pro A. Cluentio: In qui-
pore: Quoties reuoca- bus tabulis de furto lite-
tum eandem rem di- ra inuenitur nulla.
cere commutatis ver-
bis atque sententijs e
Quæ vero accurate
cogitareç scripsisset,
ea sic vidi probari, vt
ad veterum scripto-
rum laudem perueni-
rent.

*Dispositio sequentis
paragraphi.*

Addit Cicero hoc loco conclusionem superioris
Syllogismi. Est autem hec huius membra pro-
positio: Iure diligo Archiam, & vos eum diligere
& magnificere decet.

Hanc propositionem confirmat Primum ab
Honesto:

Archias est ex numero Poëtarum, quos Enni-
us sanctos appellat.

Ergo

PRO ARCHIA.

Ergo est magnificiendus.

Secundum Argumentum ab exemplo sumptum:

Colophonij, Chij & alij singulari contentionis sibi vendicant Homerum mortuum.

Ergo nos hunc Poetam viuum non reiiciemus.

Tertium Argumentum sumptum est ab utili.

Archias plurimum benefecit populo Romano.

Ergo ex nostra urbe non est reiiciendus.

Quartum Argumentum ab exemplo:

Ennius poeta charius fuit Scipioni, & propter ingenium in urbem receptus est.

Ergo decet & vos Archiam diligere, & in urbe retinere.

Quintum Argumentum etiam ab exemplis sumptum est.

Alexander fortunatum pronunciat Achillem, quod is suarum rerum scriptorem habuerit Homericum. Item Pompeius donauit Theophanem ciuitate, quod eius res gestas descriperat.

His duobus exemplis addit tertium à minori:

Scylla Hispanos & Gallos milites ciuitatibus donauit.

Ergo multò magis hunc Poetam petentem ciuitate donasset.

Postea annexit quartum exemplum à Metello sumptum.

TEXTVS

O R A T I O C I C E R O N I S

Textus Orationis eiusq;
explicatio.

Conclusio
superioris
syllogismi.

Hunc ego non diligā. Atqui sic à summis
non admirer s; non hominibus. Vulgo enim
omni ratione defen- dict solet: Poetam nasci,
dendum putem s; At- oratorem fieri. Et Plato,
qui sic à summis ho- Omnes, inquit, Poetæ in-
minibus eruditissimis signes non arte, sed diui-
que accepimus, cæte- no afflato, omnia ista poë-
rarum studia, & do- mata canūt. Idem in lib:
etrina, & præceptis, 2. de Repub. Poetas deo-
& arte constare, Poë rum filios esse dicit. Et
tam natura ipsa vale= Homeris in odyss: Louem
re, & mentis viri- Poetis carmina dictare
bus excitari, & quasi scribit.
diuino quodam spiri- & quasi diuino quo-
tu afflari.

Iuxta illud Ouidij.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo,
Sedibus æthereis spiritus iste venit. Idem:

At sacri vates & diuum cura vocamur,
Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Pindarus: Naturæ bona antecellunt ijs, que
doctrina & studio comparantur.

Quar-

P R O A R C H I A.

Quare suo iure. Primum Quare suo iure no- Primum
Argumentum, cuius hec ster ille Ennius san- Argumentum
est Dialectica sententia: cōs appellat Poētas, tum, ab ho-
Sancti sunt magna= quod quasi Deorum nesto.
ciendi. aliquo dono atq; mu-

Archias ē sanctus, quia nere commendati no-
est Poēta, cui Ennius no- bis esse videantur.
men sanctum tribuit.

Sit igitur iudices,

Ergo Archias est ma- sanctum apud vos hu-
gnificiendus. manissimos homines,

Hoc argumentū ampli= hoc Poētæ nomen,
ficat à minori hoc modo, quod nulla vñquam
Saxa, solitudines, bestiæ barbaria violauit.
voce & cantu mouentur.

Ergo & vos voce Poētæ Archie moueri decet.

sanctos. Sanctum propriè dicitur quod Deo
dicatum est. Iurisconsultus dicit sanctum vocari,
quod ab hominum iniuria defensum & munitum
est, inde sanctos viros & sanctas leges dicimus.

Saxa & solitudines. Saxa & solitudines Amplifica-
Locus est Physicus. Nam voce respondet, bestiæ tio primi
in Physicis traditur in sēpē immanes cantu Argumenti
concauitatibus saxorum flectuntur satq; consi- à minori.
& iugis montium redi stunt, nos istituti reb.
vocem, quæ Echo voca= optimis, non Poēta-

E rum

*Delphinū & tumidas Lyra flexit Artonis undas,
Diorior his quem non Musica flectit, erit.

ORATIO CICERONIS

rum voce mouea- tur, id sit hoc modo. Aër
mure percussus voce si defera-
tur ad obstaculum durum & concavum in eo colle-
ctus resultat, & redit ad initium unde primum de-
labi coepit, & quia aër eundo & redeundo fit im-
becillior, ultimas tantum syllabas vocis reducit. Hoc
est, quod Cicero hic dicit: Saxa & solitudines voce
respondent, id est, saxa & solitudines concavae ita
sono mouentur, ut remittant aliquot vocis syllabas.

bestiæ saepe immanes cantu flectuntur.
Sapientissimi homines ut mitiores artes nempe Poë-
ticam & Musicam pueris commendarent, finxe-
runt arbores, feras, volucres Orpheum admiratas &
canentem secutas esse. Fuit enim Orpheus insignis
Poeta & Musicus, qui agrestes & feros Thraciae
populos cantu & suavitate permulcens ab inhu-
manitate traduxit ad mansuetudinem, unde Horatius:

Sylvestres homines sacer interpresq; Deorum
Cœdibus & fœdo vieti deterruit Orpheus,
Dictus ob id lenire Tigres rapidosq; leones.

Constat autem Poësin & Musicam habere
summam vim ad ciendos & permulcendos homini-
num animos: Nulla enim res ita penetrat in ani-
mos ut harmonia numerorum & vocum, qua qui
non mouentur rigidiores sunt feris & arboreis,
unde & recte dicitur: Qui non delectatur harmo-
nia

PRO ARCHIA.

nia non est harmonice compositus. Papistæ ut come-
mendarent eloquentiam Antonij Patauini, hanc fa-
bulam imitati finixerunt pisces excerptis e mari capi-
tibus audiuisse illum in littore Hadriatico concio-
nantem.

Et digni sunt memoria versus Virgili:

Threicius quondam vates fide creditur canora
Mouisse sensus acrum ferarum,
Atq; amnes tenuisse vagos,
Et surda cantu concitasse saxa,
Sua sonosq; modos testudinis arbores secutæ,
Vmbram feruntur præbuisse vati.
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit,
Doctaq; vitam voce temperauit.
Iusfitiam docuit: cœtu quoq; congregauit uno,
Moresq; agrestes expoliuit Orpheus. Vide Ma-
crob: lib. 2. in somnio Scip:

Præterea experientia docet feras & bestias
mirabiliter Musices dulcedine teneri. Equi tuba-
rum clangore ad pugnam excitantur. Cerui, vt est
apud Aristotelem, sibilo & cantu venantium capi-
untur. Plinius idem narrat cum inquit: Mira vis
est omnino Musicæ, Cerui enim fistulis capiuntur,
Pisces in stagno Alexandriæ crepitu detinentur,
Cygnos hyperboreos Cythare cantus adducit.

ORATIO CICERONIS

Secundum Homerum Colopho- Homerum Colo-
Argumen- nij ciuem esse dicunt phonij. De hac conten-
tum ab Ex- suum, Chij suum ven- tione studiosi hunc ver=
emplo. dicant, Salamini repe- sum obseruent:
tunt, Smyrnæi vero ἐπί τοῦ λειψανοῦ συμβολοῦ suum esse confirmant. οἱ περὶ ρίγαρ δικτύου Itaq; etiam delubrum σμήνα, ρόδον, καὶ eius in urbe dedicarūt. λοφῷ σάλαμιρ, ἵρᾳ Permulti alij præterea ἅργον αὐτῶν.

pugnant inter se atq; delubrum eius in urbe contendunt. Ergo illi be dedicarunt. Fuitq; alienum, quia Poeta Epitaphium Homeri tafuit etiam post mortem le:

expetunt, nos huc vivi. Continet hic tumulus vatum qui voluntate & tem cognomine Homelgisbus noster est rerum,

Tertium pudiemus. Præsertim Qui cecinit laudes Hecum omne olim studiorum & fortia gesta. Argumen- tum à me- um atq; omne ingenio. Pindarus: Poëta de- ritis Ar- um contulerit Archi- functos ad vitam redu- chie. as ad populi Romani cunt.

gloriam laudemque Præsertim. Tertium cele- Argumentum sumptum à meritis Archiæ, & in tale Enthymema redigi pos- test.

Plurimum benefecit Archias populo Roma- no.

Ergo iniquum est cum eis cere ex ciuitate

Antece-

PRO ARCHIA.

Antecedens probat Cicero, PRIMO, Archias enim adolescens descripsit bellum Cymbricum in laudem populi Romani, quod bellum Marius, qui abhorruit à literis, confecit.

SECVND O, Archias descripsit bellum populi Romani gestum cum Mitridate rege Ponti, de quo in Oratione pro lege Manilia diximus.

Cymbricas res. Id est, celebrandam. Nam & Adolescens descripsit belum Cymbricas res adolescentem Cymbricum in laudem populi Romani. Etiam dem populi Romani. De ipsis illi C. Mario, qui hoc bello lege Plutarco durior ad hæc studia chum in vita Marij. Et videbatur, iucundus Florum lib. 3. cap. 3. fuit.

Etiam ipsis illi C. Mario. Plutarchus de Mario scribit quod à literis abhoruerit, nec ullis preceptoribus vti voluerit.

Nec enim. Amplificatio, cuius hæc est sensus est tam auersus à Mutilio tertij tentia: Quilibet cupit sis, qui non mandari argumenti, labores suos honestis litteris versibus eternum suoteris celebrari.

rum laborum præconium facile patiatur.

* Ouid.

Scindentur uestes, gemmæ frangentur & aurum,
Carmina, quam tribuent, fama perennis erit.

format a dorso vel aperte, ut regis felis qui fuit ex gratiorum
a se portas esse magis efficiendas quam agere quod periret ut ea camarent

ORATIO CICERONIS

Exemplū. Themistoclem illum Themistoclem illum.

